

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

## Tercia etas mundi

**B**abilonia seu Babilon vrbs preclara in chaldaea fuit. et si Belus Membrotides in babilonia regnavit annis pluribus. cuius regnum paruo ambitu claudebatur: hanc tamen vrbes omnes greci et latini historici pariter et poete ab ipsa Semiramide regina conditam referunt aut ampliatam. De qua Quidius. alta coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem murum vrbs cocto latere circudedit harena: pice bitumine interstrato que materia in illis locis passim e terra exestuat. Josephus diligentissimus historiae scriptor libro ad appionem alexandrinum grammaticus hos redarguit: inducens Berosi chaldei auctoritatem antiquissimi et verissimi scriptoris. qui manifestissime ostendit urbem ampliatam et exornatam ac muro cinctam fuisse a nabuchodonosor rege longe ante Semiramidem. Hec tamen ut valerius refert: dum die quadam circa cultum sui corporis occupata esset: et nunciatur illi Babilonem defecisse. soluta adhuc altera parte criminum protinus ad eam expugnandam cucurrit. nec prius decorem capillorum redegit in ordinem: quam tantam urbem in suam potestate restituit. Hec vrbs adeo nobilis fuit: ut chaldaeam totam et Mesopotamiam a se Babiloniam dixerat. de qua Lucanus. Cum supba foret babilon spolianda tropheis. Qui muri (teste philostrato) in vita appollonis thianei trecentorum et octuaginta stadiorum circuitum detinebant. Plinius vero libro historie naturalis sexto. Durorum dixit amplitudinem fuisse sexaginta quatuor milia passuum. Crassitudinem quinquaginta cubitorum. Altitudinem vero quater tantum. Itaque fuit munitus ac ortis pensilibus temploque et arce maxime admirabilis. Hec hijs steta Semiramis. ethiopia quoque suo adiecit imperio. Indis quoque bellum intulit. quo propter illam: et alexandriam magnus nemo intravit. Eversio tandem huius babilonice facta a Cyro rege persarum suo loco ma-

festinabitur.

**J**upiter primus ethereus et (ut aiunt) dei filius cui proprium nomen Iovis fuit hisdem temporibus apud archadam magno in pretio habitus est. Cuius ob virtutes id preclarissimum iouis nomen adeptus est. Is Iovis ex beber filius videlicet ierari origines duxit. Ibidemque cum esset ingenij maximi vir. videretque atticos rudes. bestialique ferme ritu viuentes: ante omnia eiusdem compositis legibus illos publico instituto vivere docuit. Cuius eos ad humanos mores redegeret monuit eos deos colere. et aras: templaque sacerdotisque instituit. Et qui feminas ante habebant communes prius: eos matrimonia celebrare docuit. et multa alia ostendit eis utilia. Que cum attici siluestres mirarentur atque commendarent: eum existimantes deum Iovem vocavere. regemque suum confestim fecere. Ad autem iouis nomen eidem impositum dicunt ad similitudinem conformium operationum iouis planete. quem astrologi dicunt esse nam calidum et humidum temperatumque: modestum et patientem obfuatorem: ac in periculis post patientiam audacem: et alia plura de eo scribunt. Sic huiusmodi potestas moribus et virtutibus cum iove convenire dixerit. que non terrenum sed celestium virum arbitrabantur. Quod quidem nomen postquam ab antiquis planete et Iovis isti excessus est etiam multis alijs concessus fuit. scilicet ioui secundo celi filio necnon et ioui tercio cretensi regi saturni filio. multos enim ioui filios et filias veteres ascribere consueverunt. Quorum prima Minerva. Secunda apis. Tercia sol. Quarta diana. Quinta mercurius et vij. alios

Jupiter

